

Modvs Frvctvose Celebrandi Missam

**Giustinelli, Pietro
Belli, Domenico**

München, 1649

Oratio S. Bonauentura.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55294](#)

ACTIONES nostras, quæsumus Domine, aspirando præueni, & adiuuando protegere, ut cuncta nostra oratio, & operatio à te semper incep iat, & per te cœpta finitur.

Da nobis quæsumus Domine, vitiorum nostrorum flamas extinguere: qui beato Laurentio martyri tuo tribuisti tormentorum suorum incendia superare. Per Christum Dominum nostrum.
¶ Amen.

Oratio S. Bonaventura.

TRANSFIGE, Dulcissime
Dormit. IESV, medullas
&

& viscera animæ meæ suauissimo, ac saluberrimo amoris tui vulnere, vera, serenaque, & Apostolica sanctissima charitate: Ut langueat & liquefiat anima mea solo semper amore, & desiderio tui: te concupiscat, & deficiat in atria tua: cupiat dissolui, & esse tecum. Da, Ut anima mea te esuriat panem Angelorum, refectionem animarum sanctorum, panem nostrum quotidianum, supersubstantialem, habentem omnem dulcedinem, & saporem, & omne delectamentum suavitatis: te in quæ desiderant Angeli prospicere, semper esuriat, & comedat cor meum, & dulcedine saporis qui repleantur viscera animæ.

N. 2 meæ:

meæ : te semper sibi fontem
vitæ , fontem sapientiæ , &
scientiæ, fontem æterni lumi-
nis, torrentem voluptatis, v-
bertatem domus Dei : te sem-
per ambiat, te quærat, te inue-
niat, ad te tendat, ad te perue-
niat, te meditetur, te loqua-
tur & omnia operetur in lau-
dem , & gloriam nominis tui,
cum humilitate, & discretio-
ne, cum dilectione, & delecta-
tione , cum facilitate & affe-
ctu , cum perseverantia usque
in finem. Et tu sis solus sem-
per spes mea, tota fiducia mea
diuitiæ meæ, delectatio mea
jucunditas mea , gaudium
meum, quies , & tranquillitas
mea, pax mea , suauitas mea,
odor meus , dulcedo mea.

bus

Celebrandi Missam. 189

bus meus, refectio mea, refu-
gium meum, auxilium meum,
sapientia mea, portio mea, &
possessio mea, thesaurus me-
us, in quo fixa, & firma, & im-
mobiliter semper sit radicata,
mens mea, & cor meum, A-
men.

Alia Oratio.

*Ex lib. B. Confit. Apost. Clem. I.
Pont. Max.*

DO M I N E D E U S o m n i p o-
t e n s , P a t e r C h r i s t i f l i j t u i
b e n e d i c t i , e x a u d i t o r i n u o c a n -
t i u m t e i n r e c t i t u d i n e , q u i f c i s
i n t e r p e l l a t i o n e s r a c e n t i u m :
g r a t i a s t i b i a g i m u s , q u o d f e c i -
s i n o s d i g n o s p a r t i c i p a t i o n i s

N 3 f.a.n.